



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Francisci Bellegambe è Societate Jesu Theologi,  
Enchiridion Theologo Practicum Tripartitum, De Ivbilæo  
Ecclesiastico**

**Bellegambe, François**

**Coloniæ Agrippinæ, 1700**

Quæst I. Circa illa verba Bullæ: Quatuor Ecclesias, vel Capellas, aut loca  
pia, per Ordinarium N. arbitrio suo semel tantùm designanda ...  
visitantibus. Q. An Episcopus poßit diversas Ecclesias in ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42093**

S. 5. De Jubil. post Annūm Sanct. 113  
ab exemplari Jubilæi concessi ab In-  
nocentio X. quod refert integrum  
Pater Gobat n. 412. Jubilæum autem,  
quod obtinuit anno 1676. Eminentissi-  
mus Princeps Elector Trevirensis,  
ejusdem planè est tenoris cum exem-  
plari Innocentii X. ut mihi constitit  
cùm eo tempore morarer Luxembur-  
gi, quæ Civitas subest Trevirensi Ar-  
chidiœcesi.

De ejusmodi Jubilæo nullum Au-  
thorem à se repertum, qui scripsit  
elucidandi gratiâ, scribit diligens Au-  
thorum investigator Gobat; nec ego  
alium ab hoc inveni. Quare ex ipso  
quarundam quæstionum resolutiones,  
& ex iis quæ Treviris tunc Luxem-  
burgi accepi, breviter afferam.

Quæst. I. Circa illa verba Bullæ :  
Quatuor Ecclesiæ, vel Capellas, aut loca  
pia, per Ordinarium N. arbitrio suo se-  
mel tantum deputanda... visitantibus.  
Q. An Episcopus posset diversas Ecclesiæ in  
diversis Urbibus, pagis, &c. suæ Diœcesis,  
designare?

R. Viderur posse: Tum ex praxi in  
eius-

114 P. 2. De Jubilæo post Ann. Sanct.  
eiusmodi Jubilæis hactenus impetrata;  
quæ non videtur latere posse Pon-  
tificem, cùm illam videant Apostoli-  
ci Nuntii, qui & Pontificis men-  
tem noverint. Tum quia verba Bul-  
læ, utpote in materia valdè favora-  
bili, sic interpretari possumus, serva-  
tâ eorum proprietate, ut solùm man-  
det Pontifex Ordinario, ut minimùm  
quatuor loca pia designet visitanda;  
visitanda, inquam, non ab universis  
( nec enim textus nos cogit ad hasce  
angustias) sed à singulis Diœcesanis;  
& quidem semel dumtaxat designet,  
id est, permaneat constans in designa-  
tione semel factâ, nec mutet. Hoc  
autem verè habebitur, si Ordinarius  
designet pro Incolis hujus Districtus,  
quatuor Ecclesiæ A. B. C. D; pro al-  
terius autem Districtus ejusdem Diœ-  
cesis habitatoribus, Ecclesiæ E. F. G.  
H. Propriissimè enim dicetur desi-  
gnasse quatuor loca visitanda à suis  
Diœcesanis, idque semel.

Q. 2. Circa illa verba: Confessarios,  
quos dictus Ordinarius, Jubilei hujusmodi  
causâ,